



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apis Argvmentosa P. Georgij Schrötelij

Schröteli, Georg

Coloniæ Agrippinæ, 1633

Benevolo Lectori S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46515)



BENEVOLO LECTORI S.

NON est mihi animus, scribere Mariale, vel Marianum opus, quod multi Veteres; & recentiores eruditi Viri, admodum feliciter præstiterunt, sed voluminibus non paruis. Ego Enchiridion paro, & libellum spirituale, in eum potissimum finem, ut qui Litanias Deiparæ Virginis, tum Lauretanas, tum alias ex S. Scriptura collectas, recitant, ubi tot Elogia, Vaticinia sacra, & alia mysteria Beatissimæ Virginis continentur, clarius intelligere, & cum maiori deuotione orare possint. Nil noui mihi arrogo, præter methodum;

AD LECTOREM

*dum meditationum puncta, & pia ad
Deiparam suspiria. Cetera SS. Patrū,
aliorumque Doctorum sunt, quæ Apis
mea Argumentosa delibavit ante An-
nos 20. & eo amplius, quando Litani-
as has, Monachij, tempore Aduentus, in
Aula Serenissimi Electoris Maximi-
liani, Vtriusque Bauaria Ducis &c. ex
cathedra explicavi. Quia tamen vix
mediam partem absolueram, hæcenus
varijs impeditus, reliquum laboris di-
stuli, donec iam aliquid otij nactus, id
à me impetraui, ut extremam manum
adhiberem. Id dum facio, aliqui amici
me hortati sunt, ut ad honorem glorio-
sissimæ Virginis, & in gratiam omnium
Deiparæ amantium, hunc qualem qua-
lem laborem posteris consecrarem, &
typis vulgarem. Quia verò mihi per-
suadere non potuerunt, ut per formam
concionum ederem, ita consilium mo-
deratus*

AD LECTOREM.

deratus sum, ut ad modum piij libelli id
facerem, & post explicata mysteria,
puncta quaedam meditationum, & pia
ad communem nostram Patronam su-
spira subijcerem, ea breuitate, ut tedi-
um, & fastidium cauerem. Stylus erit
qui spirituales libellos decet, simplex
& humilis. Tu beneuole Lector hoc meo
conatu fruere, & dum pie subinde ge-
mis, me quoque dulcissima Matri Dei,
quã uiuum, quã mortuum, vel unico
deuoto suspirio amanter commenda.

LITA-